

52 *Secunda pars* de Sponſalibus docetur à Salmantibus & Ledefina de *Matrim.* q. 47. a. 5. P. 2. *Disp.* 12. ſect. 3. n. 3. & aliis contra Sanchez lib. 5. *Disp.* 17. n. 2. & communiffimam aliorum, quamvis Sanchez fateatur, noſtram ſententiam ſolidiori niti fundameto. Probat. De Jure *Conditio impoſſibilis* appoſita vitiat omnes contractus per dicta num. *preced.* ergo etiam Sponſalia. Tum quia *Legis verba generalia generaliter ſunt intelligenda, c. Quia circa de Privileg.* Tum quia *exceptio unius ſeruat regulam in contrarium, arg. c. In iis; que ff. de Legib.* Solum autem excipitur Matrimonium *c. ſin. h. t.* & ultinæ voluntates, per Jura infra n. 56. citanda; ergo hæc exceptio probat, quòd Sponſalia à Lege communi non ſunt excepta, conſequenter juxta eam vitiantur, & ſunt nulla per *Conditionem impoſſibilem* appoſitam, ſicut cæteri contractus, *cit. l. Non ſolum ff. de Obligat. & Ad.*

53 Obijcies cum Adverſariis illud tritum, Sponſalia ſunt initium & via ad Matrimonium; ergo quod de hoc in Jure eſt diſpoſitum, cenſetur etiam diſpoſitum de Sponſalibus, *arg. l. Oratio. 16. ff. de Sponſal.* conſequenter, cum *c. ſin. h. t.* de Matrimonio diſponatur, quòd *Conditio impoſſibilis* ei adjecta illud non vitiet, ſed habeatur pro non adjecta, idem dicendum erit de Sponſalibus. Hoc eſt principale, & unicum Adverſariorum fundamentum, quòd tamen facile ſolvitur. Reſpondeatur enim, illud commune dictum: *Diſpoſita de Matrimonio cenſentur etiam diſpoſita de Sponſalibus*, locum non habere, quando de Matrimonio diſponitur ex ſpeciali ratione, quæ non militat in Sponſalibus, Gutierrez de *Juram. p. 1. cap. 51. d. n. 9.* & ipſe Sanchez lib. 5. *Disp.* 12. n. 3. cum communi, prout contingit in præſenti, ſiquidem *c. ſin. h. t. Conditiones impoſſibiles* Matrimonio appoſitis pro non adjectis ſtatuit ob ſpeciale favorem Matrimonii, & ad graviffimam incommoda ac pericula animarum vitanda, quæ ex diſſolutione Matrimonii favorem invalidi ſequerentur, juxta dicta n. 42. Qui favor & ratio ſpecialis, cum non inveniantur in Sponſalibus, dictam diſpoſitionem *c. ſin. h. t.* de Matrimonio factam, ad Sponſalia extendere non debemus.

54 Confirmatur à ſimili in Matrimonio *Clandefinitio*: de quo licet extet diſpoſitio Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. de R-form. Matrim. cap. 1.* quòd fit invalidum, tamen juxta commanem & certam etiam Adverſariorum ſententiam, dicta Concilii Tridentini diſpoſitio non extenditur ad Sponſalia, quia videlicet ratio illa ſpecialis, quam Concilium pro Matrimonio habuit, non militat in Matrimonio, per dicta *Tit. I. §. I. n. 22.*

55 Confirmatur ulterius: *Quæ à Jure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda, c. Que. 28. de Reg. Jur. in 6.* atqui diſpoſitio *c. ſin. h. t. Conditiones impoſſibiles* in Matrimonio pro non adjectis habens, à Jure communi exorbitat; cum juxta hoc, quin & naturale Jus Contractus ſub *Conditione impoſſibili* fit nullus, *arg. cit. l. Non ſolum ff. de Obligat. & Ad.* ergo ulterius extendi non debet.

56 *Tertia tandem pars*, quòd Matrimonium, & ultinæ Voluntates per Conditionem impoſſibilem non vitiantur, ſed hæc habeatur pro non adjecta, caret controverſiâ Et quidem de Matrimonio jam dictum eſt *ex c. ſin. h. t.* De ultimis Voluntatibus autem conſtat *ex Impoſſibilitate Inſtit. de Hered. Inſtit. ibi: Impoſſibilis conditio in Inſtitutionibus, & legatis, nec non in fidei commiſſis, & libertatibus pro non ſcripta habeatur, cum Concordantiis, & jam dictum eſt ſupra.*

57 Reſp. II. Si Sponſalibus adijciatur *turpis Conditio* de futuro, repugnans ſubſtantie Matrimonii,

vitiantur & nulla ſunt. Doctor Seraphicus in 4. *diſt.* 28. q. 3. n. 12. D. Thomas *ibid. diſt.* 27. q. 2. a. 1. cum communi aliorum, *arg. c. ſin. h. t.* licet enim de ſolo Matrimonio loquatur, tamen quia ratio diſpoſitionis de his Conditionibus etiam in Sponſalibus urget, ad hæc quoque extendi debet. *arg. l. Oratio. 16. de Sponſal.* Quænam autem ſint Conditiones repugnantes ſubſtantie Matrimonii, vide ſuprà num. 48.

Reſp. III. Si Sponſalibus adijciatur *turpis*, aut *inhoneſta Conditio* de futuro ſubſtantie Matrimonii non repugnans, v. g. *Ducam te, ſi mecum fornicaris, vel ſi ſdem Catholicam derelinquis, vel ſi illud furtum facies, vel ſi hunc occidas &c.* non habeatur pro non adjecta, ſed attenditur, ita ut licet ante impletam talem conditionem Sponſalia non obligent, tamen poſtquam impleta eſt talis Conditio, Sponſalia valent, & obligant æquè ac ſi honeſta Conditio de futuro adjecta ac impleta eſſet. Pontius lib. 2. de *Matrim.* q. 10. ſect. 5. Palao de *Sponſal. Disp.* 1. *pun.* 16. n. 4. Ledefina de *Matrim.* q. 47. n. 5. ad *finem*, Perez de *Matrim. Disp.* 12. ſect. 3. n. 4. ubi citat communem contra Sanchez lib. 5. *Disp.* 17. num. 2. qui pro ſe citat concordem omnium. Ratio eſt; quia reliqui Contractus ſub *turpi Conditione* de futuro adimpleta conditione, ut diximus, valent & obligant, ut fatentur omnes, *arg. l. 11. §. I. ff. Qui potiores pignor.* ergo etiam Sponſalia, ut pote ſpecialiter non excepta.

Non obſtat *c. ſin. h. t.* ubi Conditiones Matrimonii oppoſitæ habentur pro non adjectis. Reſpondeatur enim illam ſpecielem de Matrimonio factam diſpoſitionem Juri non extendi ad Sponſalia, per dicta ſuprà n. 53. & ſeqq.

Reſp. IV. Si Sponſalibus adijciatur *turpis Conditio* de præſenti aut præterito, eundem effectum habet, quem in Matrimonio, juxta dicta ſuprà n. 45. ob eadem rationis & Juri fundamenta.

Quæritur III. Quid Juri de Sponſalibus & Matrimonio ſub *Modo*? ſub *Cauſa*? & cum *Demonſtratione*? Agunt DD. plerumque hic etiam de his, quia conditionibus valde affines ſunt. Quid autem ſit *Modus, Cauſa, & Demonſtratio*, & quo modo contractus vel actus aliquis fieri poſſit ſub *Modo*, vel ſub *Cauſa*, vel cum *Demonſtratione* habes Lib. III. Tit. XXVI. an. 656. ubi vide, ne ſuperflua fiat repetitio. Hoc præſuppoſito, Reſp. I. Sponſalia, & Matrimonium, alique Contractus celebrati ſub *Cauſa*, vel cum *Demonſtratione*, ſive poſſibili ſive impoſſibili, ſive turpi, ſive honeſta, ſive ſubſtantie Matrimonii contraria ſive non, nec ſuſpendunt, nec vitiant Contractum, eſti contingat error, niſi hic vertetur circa perſonam, v. g. ſi quis ita dicit: *Contraho, vel contraham tecum, quia es dives, vel quia es nobilis, vel quia es virgo, vel quia es virtuoſa, vel quia es omnipotens, vel quia es hæretica, vel quia generationem proliſ evitabis, vel quia mecum fornicata es &c.* (quæ ſunt meræ cauſæ) vel, *quia es talis, virgo, dives &c.* (quæ eſt *Demonſtratio*) valent Sponſalia, & Matrimonium, eſti talis dives, aut virgo, aut nobilis &c. non eſſet. Sanchez lib. 5. *Disp.* 19. n. 2. Palao de *Sponſal. Disp.* 2. *pun.* 11. §. 5. n. 2. Pirhing h. t. n. 29. Engel h. t. n. 20. cum communi aliorum. Ratio eſt; quia *Cauſæ & Demonſtrationes* etiam falſæ non obſunt contractui, nec vitiant illum, ſed habeantur pro non adjectis, *arg. l. Falſa. 33. & l. Cum ſole. 72. §. 6. de Condition. & Demoſt. juncto §. Longè. 31. Inſtit. de Legat.*

Nec reſert, eſti quis non contraxiſſet, ſi errorem ſciiviſſet; quia error circa qualitatem non vitiat Sponſalia aut Matrimonium per dicta *Tit. I. §. 345.* bene tamen circa perſonam, juxta dicta *ibid. arg. l. Quoties.*

*Quoties. 9 ff. de Hered. Inſtit.* ubi ratio additur illis verbis: *Quoniam voluntate deſicitur.*

63 Reſp. II. *Modus* ſive poſſibilis, ſive impoſſibilis, ſive turpis, ſive honeſtus Sponſalia aut Matrimonium, alioſque Contractus nec ſuſpendit, nec vitiat, ſed, ſi *Modus* turpis aut impoſſibilis eſt, habeatur pro non adjecto: ſi vero poſſibilis & honeſtus eſt, parit obligationem exequendi id, quod per *Modum* oneris fut. adjectum: v. g. ſi quis dicit: *Contraho, vel Contraham tecum, ut digito calum tangas, vel ut me adjuves ad illum occidendum, aut illum furandum &c.* valet Matrimonium, aut Sponſalia, & conditio habeatur pro non adjecta, nec parit ullam obligationem illam adimplendi: ſi quis verò ita dicat: *Contraho, vel Contraham tecum, ita tamen, ut illos pupilloſ educes, tantam dotem offeras, mecum ad illum locum pergas &c.* valet quidem ſtatim actus, ita tamen, ut alter obligatus maneat ad *Modum*, ſeu onus adjectum exequendum, Sanchez lib. 5. *Disp.* 19. Pirhing h. t. n. 32. Sylveſter *ſy. Matrimonium.* 7. q. 12. cum communi aliorum dicentium, quod hi modi non ſuſpendunt contractum. Ratio eſt; quia in actu ſub *Modo* conſenſus non præſtatur à *Modo*, ſicut fit in *Conditione*, ſed illum præcedit, in quo diſſert à *Conditione*. Nam natura *Modi* eſt, ut non ſuſpendat actum. *l. Cùm ab eo. 41. ff. de Contrah. Empt.*

Quòd autem *Modus* turpis aut impoſſibilis non vitiet actum, ſed habeatur pro non adjecto, patet tum ex dictis ſuprà de hujusmodi Conditionibus, tum ex dicendis infra num. ſeq. & amplius docet Molina de *J. & J. Diſp.* 208. n. 11. quòd verò *Modus* honeſtus ſui obligationem pariat, clarè patet *ex l. 1. c. de Donat. ſub modo.*

64 Reſp. II. Non vitiantur, ſed valent Sponſalia, & Matrimonium etiam ſub *Modo* ſubſtantie Matrimonii contrario contracta, Palao de *Sponſal. Disp.* 2. *pun.* 11. §. 5. n. 3. Ledefina *cit. q. 47. a. 5. dub. 3.* Perez *Disp.* 16. ſect. 15. n. 14. contra Sanchez *loc. cit. num. 5.* Pirhing *loc. cit. n. 30.* Ratio eſt; quia univerſaliter loquendo, nullus *Modus* ſuſpendit actum, nec conſenſus dependenter à *Modo* præſtatur, ſed jam perfectum ſuſponit, eique advenit *cit. l. Cùm ab eo. ff. de Contrah. Empt.* at ſi valide jam eſt contractus, per talem non amplius vitari poteſt: ergo.

Nec obijcias cum Sanchez *loc. cit. c. ſin. h. t.* ubi expreſſè habeatur, quòd Conditiones ſubſtantie Matrimonii contrarie vitient illud. Reſp. enim, quòd, cum illud *c. ſin. h. t.* expreſſè loquatur de ſolis *Conditionibus*, ad *Modos* extendi non queat, ne *Modus & Conditio* confundantur.

TITULUS VI.

Qui Clerici, vel voventes Matrimonium contrahere poſſunt.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio Continuationis.
- 2 Ordines Sacri dirimunt Matrimonium contrahendum.
- 3 Non item Ordines Minores.
- 4 Etiam Graeci in Majoribus conſtituti non poſſunt Matrimonium contrahere, bene tamen illo antea contracto uti poſſunt.
- 5 Pueri ante uſum rationis ordinati, poſſunt poſtea nubere.
- 6 Quod aliqui etiam de Ordinatis ante pubertatem volunt.

7 *Contrarium tamen probabilius eſt.*

8 *V. Ordinati non tenentur ad continentiam, ſed poſſunt nubere.*

9 *Sicut etiam gravi metu incuſſo Ordinati.*

10 *Conſirmatur.*

11 *Solvitur inſtantia. Et num. ſeq.*

Coacta voluntas eſt voluntas: quando veriſicetur? *Ibid.*

13 *Infantes vel vi, aut metu ordinati, ſi poſſeà ratiè vel expreſſè votum ratificavit, tenentur ad caſtitaem, ſi ſciant votum priùs fuiſſe nullum. Ratificatio actùs nullius non fit, ſi ignoratur, actum fuiſſe nullum. Ibid.*

14 *Ordines Sacri Matrimonium priùs contractum non dirimunt.*

15 *Contrahendum dirimunt ſolo Jure Eccleſiaſtico. Et duobus num. ſeq.*

16 *Papa diſpenſare poteſt, ut exiſtentes in Majoribus etiam Sacerdotes & Epifcopi nubant.*

17 *Voti ſolemnitatis à ſola Eccleſia provenit.*

18 *Clerici beneficiati ſive in Majoribus, ſive in Minoribus conſtituti, ſi nubunt, ipſo facto privantur Beneficio.*

19 *In Majoribus conſtituti inſuper incurrunr excommunicationem, & irregularitatem.*

20 *Conjugati, vel Deſponſati quoad nubere poſſunt. Remiſſive.*

21 *Omne & ſolum votum ſolemne dirimit Matrimonium.*

22 *Sunt tantùm duo vota ſolemnia, illud nempe quòd Ordini eſt annexum, & Profeſſio Religioſa.*

23 *Profeſſio Religioſa non tantùm contrahendum, ſed etiam jam contractum nondum conſummatum Matrimonium dirimit.*

24 *Votum ſimplex caſtitaem, intrandi Religionem, aut ſuſcipiendi Ordines non dirimit, ſed tantùm impedit Matrimonium.*

25 *Stante voto caſtitaem nubens non poteſt petere debitum, bene tamen reddere.*

26 *De Votis ſimplicibus emiſſis poſt Sponſalia. Remiſſive.*

A B ſolutà materià de Sponſalibus & Matrimonio purè & conditionatè intus, explicatè nonnullis impedimentis præſertim publicè ſtatutis, ac *clandefinitatis*, pergit Complutor ad reliqua Impedimenta Matrimonii-examinanda, & quidem in præſenti Titulo de duobus diſtinguitur agit, Ordine nempe Sacro, & Voto caſtitaem ſolemni, ac impediènte, Voto nempe ſimplici.

Quæritur I. An! quando? reſpectu quorum? & a quo modo Matrimonium dirimat Ordo? Reſp. I. Quòd Ordines Sacri ſunt impedimentum dirimens Matrimonium contrahendum, & conſequenter, quòd Clerici in Ordinibus Sacris conſtituti Matrimonium nec licitè nec validè contrahere poſſunt, certum eſt ac de fide. Omnes. Patetque ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de Sacramento Matrimonii. cap. 9. ibi: Si quis dixerat, Clericos in Sacris Ordinibus conſtitutos, vel Regulares caſtitaem ſolemni-ter profeſſos, poſt Matrimonium contrahere, contrahendum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto &c. Anathema ſit.* Concordant can. *Preſbyteris. 8. diſt. 27. ibi: Preſbyteris, Diaconis, & Subdiaconis &c. item can. Preſbyterum 16. diſt. 28. cap. 1. de Clericis conjug. c. 1. & 2. h. t. & alibi paſſim. Rationem ſanctiſſimarum harum Eccleſiæ Legum Clericos reddentium inhabiles, vide Lib. III. Tit. III. de Clericis conjug. a. n. 3.*

Dicitur autem notanter in Concluſione *Ordines Sacri*; quia Ordines Minores nec impediunt, nec dirimunt Matrimonium, uti jam diximus Lib. III. Tit. III. n. 1. quanvis Clerici in Minoribus conſtituti



Beneficium perdant, si nubant, ut *ibid.* n. 9. diximus.

4 Nec obstat mos Græcorum, qui etiam in Majoribus constituti uxores habent. Respondetur enim, quod Græci quoque in Majoribus constituti nec valide, nec licite Matrimonium inire queant; quamvis eodem antea contracto, postea in Majoribus constituti, licite uti poterint, prout post Azorium p. 1. lib. 13. cap. 12. q. 5. ex ipso Græcorum usu ac moribus probat Sanchez lib. 7. Disp. 28. n. 3. arg. c. Cum olim. de Clericis conjug. can. Si quis eorum. dist. 32. cum Concordantiis; prout etiam jam diximus cit. Lib. III. Tit. III. n. 8. ut proin tota differentia inter Clericos Latinos & Græcos consistat in hoc, quod Clerici Græci post contractum Matrimonium possint suscipere Ordines Sacros, & in his constituti cum uxore, quam prius duxerant, conjugaliter vivere, quod tamen non possunt Clerici Latini, exceptis certis casibus, de quibus vide Lib. III. Tit. XXXII. de Convers. conjugat.

5 Limitatur tamen Conclusio I. In pueris carentibus usu rationis; quamvis enim hi valide ordinari valeant; arg. c. un. de Clerico per saltum, tamen non tenentur ad continentiam, sed possunt valide ac licite Matrimonium contrahere, nisi ad usum rationis venientes, Ordinationem, & Votum expresse vel tacite ratificent, liberè exercendo v. g. actum aliquem Ordini suscepto proprium, Abbas in cit. c. un. de Clerico per saltum. n. 3. & ibi Joan. Andreas n. 5. Barbosa n. 7. Sanchez lib. 7. Disp. 30. n. 5. cum communi. Ratio est; quia hi non sunt inhabiles ad Matrimonium ratione Ordinis Sacri, utpote quod stare potest cum illo, per Jura nium. pract. allegata per Græcos. Nec ratione Voti annexi; cum ex defectu liberi consensûs ad illud non tenentur.

6 Præcedentem Limitationem aliqui extendunt etiam ad Ordinatos post uiam rationis ante pubertatem, anno v. g. decimo, aut duodecimo, Sanchez loc. cit. n. 8. Abbas & Joan. Andreas loc. cit. Barbosa de Offic. & potest. Episc. Allegat. 15. n. 4. arg. c. Ad nostram. de Regul. ubi votum Professionis ante annos pubertatis emissum, declaratur irritum, & Concil. Trident. Sess. 52. cap. 15. de Regular. ubi idem votum ante annos 16. completos dicitur nullum; quod idem dicendum existimant de Voto Ordinis annexo; cum & ipsum sit solemne c. un. de Voto. 6. ibi: *Votum, quod solemnizatum fuerit per susceptionem Ordinis sacri.*

7 Palao e contra de Sacramento Ordinis Disp. un. pun. 17. n. 10. Bonacina de Matrim. q. 3. pun. 9. n. 16. Coninck Disp. 20. dub. 14. n. 136. & alii cum Glossa in can. Pueri. cau. 1. q. 1. v. Ad sacros, probabilius docent, tales ad votum teneri, & ad Matrimonium esse inhabiles. Ratio est; quia Jure naturali ad valide vovendum sufficit usus rationis; & Jure positivo nullibi irritatur tale votum; ergo.

Nec in contrarium probant Jura n. 6. allegata: Tum quia de Professione Religiosa specialis adest distinctio Juris: Tum quia non est paritas inter Professionem Religiosam, & Ordinem sacrum; cum illa longè sit difficilior isto, & propterea ad illam valide emittendam Jura majorem ætatem merito exigant. Et certè, si Adversarij paritatem horum votorum manitenerent velint, concedere contra se ipsos debent, quod etiam ille non teneatur ad continentiam, sed nubere adhuc possit, qui post pubertatem anno decimo quinto ordinatus fuit; cum hujus professio Religiosa jure novo sit nulla utpote ante annum 16. edita, Concil. Trident. loc. cit.

8 Limitatur Conclusio II. data, II. in iis, qui contra propriam voluntatem vi ordinantur. Ita Omnes teste Sanchez lib. 7. Disp. 29. n. 1. Ratio patet;

quia, cum tales invalide ordinentur, nec characterem accipiunt; textu claro c. Majores. 3. §. Item quaritur de Baptismo, utique hunc Ordo non parit impedimentum: nam non Entis non sunt qualitates, nec effectus.

Limitatur III. In illis, qui gravi metu injustè incusso Ordines Majores quasi coacti susceperunt, Sanchez lib. 7. Disp. 29. n. 5. Barbosa de Offic. & Potest. Episc. Allegat. 15. n. 5. Zoësius De his, que vi, metusque causâ. n. 7. Pirhing h. t. n. 2. & alii satis communiter cum Glossa in c. Majores. §. fin. de Baptismo. v. Conditionaliter, contra Palao de Sacram. Ordin. Disp. un. pun. 17. & Pontium lib. 7. cap. 29. n. 4. & plures alios. Ratio est; quia impedimentum Ordinis tantum confurgit ratione voti Ordinis Majoribus annexi per dicenda infra n. 15. Atqui votum non valet nec obligat in iis, qui gravi metu injustè incusso ordinantur, cum universali ter nullum votum etiam expressum, nedum tacitum, ex gravi metu injustè incusso valet, prout jam diximus Lib. I. Tit. XL. n. 58. arg. c. 1. & c. Cum dilectus. 6. De his, que vi metusque causâ, quia oportet, ut liberum sit arbitrium in vovendo c. Licet. 6. de voto. siquidem voluntarium sibi militem el. gu. Christus, can. Non est. cau. 15. q. 1.

Confirmatur: In iis, que gravi metu sunt, Jus universali ter ita statuit, quod illa, que ope Judicis ordinarii facile reparari, ac per dissolutionem in pristinum statum restitui non possunt, pro nullis ac irritis ipso facto habeant, prout patet in Matrimonio c. Veniens, de Sponsal. & Matrim. Item in solemni Professione, c. 1. De his, que vi metusque causâ. Item in Sponsalibus per dicta Lib. I. Tit. XL. n. 47. Atqui contentia Ordini sacro annexa, si semel est valida, ope Judicis ordinarii tolli non amplius potest; ergo.

Dices cum Adversariis: Ipse Ordo ex gravi timore susceptus valet juxta Omnes: ergo etiam votum ei annexum; Nam Accessorium naturam sequi convenit principalis, c. Accessorium. 42. de Reg. Jur. in 6. præsertim cum coacta voluntas sit voluntas, can. Merito. cau. 15. q. 1. & sufficiat ad alios contractus per dicta Lib. I. Tit. XL. n. 30. ergo etiam ad votum. Accedit Concilium Toletanum VIII. metu Ordinatos à Matrimonio arcens, nisi in voto dispensationem obtineant. Resp. concessio Ant. distinguendo Conseq. Accessorium semper sequitur naturam principalis in iis, que essentialiter, seu secundum necessariam consequentiam, ac indivisibiliter sunt annexa, conceditur, in iis, que separari possunt, negatur. Hinc licet Ordo infanti collatus valet, non valet tamen votum ei annexum.

Ad can. Merito, conceditur quidem, quod voluntas coacta sit voluntas, sed negatur, quod sit sufficiens ad votum; licet enim sufficiat ad actus & contractus illos, qui ope & sententiâ Judicis rescindi possunt, ac debent, tamen insufficiens est ad illos actus, qui semel validi, de Jure amplius rescindi nequeunt, per dicta.

Ad Concilium Toletanum dico, illud loqui de tali, qui gravi metu Ordinatus, Ordinationem & votum postea expresse, vel tacite, exercendo v. g. liberè actum Ordini proprium, ratificavit; hoc enim si facit metu gravi ordinatus, utique ad continentiam tenetur, & ad Matrimonium inhabilis est, prout cum Sanchez loc. cit. n. 9. DD. communiter admittunt; nisi id ex errore faciat, putans se prius jam esse adstrictum ad continentiam; tunc namque non censetur ratificare continentiam annexam, eò quod nunquam fiat ratificatio actûs irriti & nullius, dum ignoratur eum esse nullum; prout cum aliis bene docet Sanchez lib. 1. Disp. 16. n. 7. cum nil voluit, quin præcognitum, & error tollat consen-

consensum, arg. l. Si per errorem. ff. de Jurisdic. omni. Judic. ex quo sequitur, cum, qui ante usum rationis, vel post hunc vi, aut metu gravi fuit ordinatus, posse adhuc nubere, etiam si per plures annos jam fuerit Sacerdos, si ignoravit, votum continentis Ordini annexum fuisse nullum.

14 Resp. II. Licet Ordo facer sit impedimentum dirimens reipse Quæ Matrimonii postea contrahendi juxta dicta n. 2. tamen non dirimit Matrimonium prius jam contractum. Ita hodie unanimes & certa, ob claram dispositionem Joannis XXII. in Extravag. Antiquæ. de voto, ubi antiquorum Doctorum controversiæ finem imponens, ita statuit: *Quod si, licet votum solemnizatum per sacri susceptionem Ordinis, quantum ad impedimentum Matrimonium contrahendum, ac ad dirimendum, si post contractum fuerit, secundum statuta canonum sui effectus reputandum: ad dissolvendum tamen prius contractum, etiam si per carnis copulam non fuerit consummatum, cum nec Jure Divino, nec per sacros reperimus Canones hoc statutum, invalidum est censendum.*

15 Resp. III. Ordo facer non ex natura, nec Jure Divino, sed solo Jure Ecclesiastico dirimit Matrimonium contrahendum, quatenus nempe Ecclesia sacro aliquo Ordine initiatus, inhabiles reddidit ad contrahendum Matrimonium: idque ob annexum solemne votum castitatis, S. Thomas 2. 2. q. 83. a. 1. Sanchez lib. 7. Disp. 28. n. 1. Pirhing h. t. n. 6. Covarruvias de Matrim. p. 2. cap. 6. §. 3. n. 2. Bosco de Impedim. Matrim. sect. 4. Concl. 3. cum Communi aliorum. Prima pars, quod Ordo ex natura non dirimat, patet; quia stare potest cum Matrimonio, prout patet in Ecclesia Græca, imò etiam Latina, casu, quo infans valide ordinatus postea Matrimonium contrahit, vel adulterante uxore Maritus Ordines valide suscipit, prout patet juxta dicta Lib. III. Tit. XXX. n. 34.

16 Altera pars, quod Jure Divino non dirimat, Ratio est: Tum quia allegari non potest. Tum quia in Jure Divino Papa dispensare nequit per d. cta Lib. I. Tit. III. n. 45. Tum quia initiatum autem Sacro aliquo etiam Sacerdotali, imò Episcopali Ordine, Papa potest dispensare, & sæpe jam dispensavit, v. g. cum Cesare Borgia, qui prius erat Cardinalis Diaconus, cum Raimiro Arragonum Rege prius Episcopo, cum Nicolao Justimano, prius Religioso Sacerdote, & pluribus aliis, inter quos recentissimum exemplum est in Illustrissimo DD. Francisco Leopoldo Comite Siabata Canonico Passaviensi Subdiacono, cum quo Alexander VIII. 1690. 14. Januarii ad conservationem Familis dispensavit ad contrahendum Matrimonium.

17 M-net ergo Tertia pars, quod solo Jure Ecclesiastico dirimat; quod ipsum aperte indicat Concilium Tridentinum Sess. 24. de Sacramento Matrim. can. 9. (textum habet supra nu. 2.) ubi impedimentum hoc dirimens expresse ascribitur legi Ecclesiastica, & voto non quidem simpliciter, uterte quod non dirimit, arg. c. Consuluit. 4. & c. Rursus. h. t. sed solemnizato, voti autem solemnitas eoque vis dirimendi à Jure duntaxat Ecclesiastico provenit c. Unico. §. Nos attendentes de Voto in 6. ibi: *Voti solemnitas ex sola constitutione Ecclesie est inventa, ergo.*

18 Queritur II. Quas penas incurrat, si Clericus Matrimonium contrahat? Item, quandomam conjugatus Laicus, vel post Sponsalia licite suscipere valeat Ordines? Resp. I. Clericus tam in Majoribus, quam in Minoribus Ordinibus constitutus, Beneficium habens, perdit illud, si Matrimonium contrahat. Patet ex dictis Lib. III. Tit. III. de Clericis conjugatis.

19 Resp. II. Si Clericus in Majoribus constitutus

contrahere attentat, præter nullitatem Matrimonii Excommunicationem & Irregularitatem ipso facto incurrit, c. 2. h. t. & Clem. un. de Conjuguin. & Affin. ibi: *Clericus in sacris Ordinibus constitutus Matrimonium contrahentes &c. excommunicationis sententiâ ipso facto subjacere decernimus;* à qua tamen post penitentiam absolvere cum potest Episcopus, cit. Clem. un. de Conjuguin. & Affin. & c. 1. & 4. h. t. ibi: *Post longam penitentiam & vitam laudabilem continens (dimissa jam uxore juxta c. 1. h. t.) Officij suo restitui poterunt, & ex indulgentiâ sui Episcopi, ejus executionem habere.*

Resp. III. Quandomam autem licitè & valide Ordines suscipere valeant, vide Lib. III. Tit. XXXII. de Convers. conjugat. n. 26. & 33. Quid Juris autem, si post Sponsalia Ordines suscipere velit, vide supra Tit. I. de Sponsal. a. n. 228.

Queritur III. An, & quale Votum? ac quomodo dirimat, vel impediât Matrimonium? Resp. I. Omne & solum Votum solemne per susceptionem Ordinis, vel professionem Religiosam emissum, dirimit Matrimonium contrahendum. Omnes. Et quidem de Voto solemni per susceptionem Ordinis tacite emissum jam patet ex præced. Quæstion. De Professione autem Religiosa aperte constat ex c. Meminimus 3. & fin. h. t. ubi Summarium sic habet: *Votum solemne impedit, & dirimit Matrimonium postea contractum, juncto Concilio Tridentino Sess. 24. de Sacramento Ordinis; cujus textum vide supra n. 2.*

Potè vota solemnia plura & alia non sunt quam d. d. Ordinis videlicet sacri, & Professionis Religiosæ, textu expresso c. un. de Voto. in 6. ibi: *Præsentis declarandum duximus oraculo sanctionis, illud solum votum debere dici solemne, quantum ad post contractum Matrimonium dirimendum, quod solemnizatum fuerit per susceptionem sacri Ordinis, aut per Professionem expressam, vel tacitam scilicet alicui de Religiosis per Sedem Apostolicam approbatus.*

Resp. II. Votum solemne Professionis Religiosæ, sed non solummodò Matrimonium contrahendum, sed etiam jam contractum ratum, non tamen carnali copulâ consummatum dirimit. Omnes, textu expresso c. 2. & c. Ex parte. h. t. Estque definitum à Concilio Tridentino Sess. 24. de Matrimonio. can. 6. ibi: *Si quis dixerit, Matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem Religionis professionem alterius conjugum non dirimi, anathema sit.* In quo differt à voto solemni Ordinis sacri; utpote quod nullatenus Matrimonium jam contractum, sed tantum contrahendum dirimit, juxta dicta numer. 14. arg. Extravag. Antiquæ, Joannis XXII. de Voto.

Quantum autem tempus, & quo modo concedatur carnis conjugii ad restitendum aut contradicendum consummationi Matrimonii, vide Lib. III. Tit. XXXII. de Convers. Conjug. ubi plura ad propositum.

Resp. III. Vota simplicia Castitatis etiam perpetuæ, intrandi Religionem, suscipiendi sacros Ordines nullatenus dirimit Matrimonium, quamvis illud impediât, si ante Sponsalia emittantur. Rursum communis ac certa textu expresso cit. c. un. de Voto in 6. ubi postquam Papa de Votis solemnibus egit, ita subiungit: *Reliqua verò vota, etsi quandoque Matrimonium impediât contrahendum, non tamen rescindere possunt jam contractum, Concordat c. Consuluit. 4. h. t. ibi: Simplex votum Matrimonium impedit contrahendum, & non dirimit jam contractum, quod idem habetur c. Rursus. 6. eod.*

Cur autem Votum solum solemne, & non simplex Castitatis dirimat Matrimonium; cum tamen simplex votum apud Deum non minus obliget quam solemne



solemne, cit. c. Rurjus. 6. h. t. dictum est Lib. III. Tit. III. n. 5.

25 Illud tamen notandum, quod licet Vota simplicia non dirimant, sed tantum impediunt Matrimonium, nihilominus votum simplex castitatis etiam post contractum Matrimonium adhuc valeat, & ex parte obliget votentem, ita, ut, licet recedere possit debitum conjugale conjugi id petenti, petere tamen, aut non petitus sua sponte praestare illud nequeat, nisi cum eo dispensetur, ut habet communis Theologorum & Canonistarum arg. c. Quando de Jurejur. c. Quidam, & c. Placet. de Convers. Conjug. de quo amplius videre potes apud Sanchez lib. 9. Disp. 33. & 34.

Quis autem dispensare possit, ut talis etiam petere possit debitum conjugale, dicitur infra in Appendice.

26 Caeterum notanter dicitur in Conclusionem num. praeced. posita, Si autem Sponsalia emittantur; quia an, & quando impediunt, & quem effectum habeant, si post Sponsalia jam contracta emittuntur; item utrum emitti valeant, vide Tit. I. d. n. 233.

TITULUS VII.

De eo, qui duxit in uxorem, quam polluit per adulterium.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio Continuationis.
- 2 Solum adulterium cum altera non causat impedimentum Criminis.
- 3 Bene vero, si cum eo concurret contractus.
- 4 Vel saltem promissio Matrimonii.
- 5 Aut sine promissione machinatio in mortem conjugis innocens.
- 6 Nec refert, an adulterium praecedat, vel subsequatur contractum aut promissionem Matrimonii.
- 7 Ut impedimentum Criminis oriatur, praeter praedicta requiritur.
- 8 Uterius II. Ut Matrimonium sit validum.
- 9 III. Ut tam adulterium, quam ejus promissio facta sint vivente uxore.
- 10 Et quidem eadem.
- 11 IV. Ut uterque adulterans sciat, alterum esse conjugatum.
- 12 V. Ut adulterium sit perfectum.
- 13 Et secundum aliquos, ut etiam vir seminet intra vas mulieris: contrarium tamen probabilis.
- 14 Per lascivos tactus tamen non contrahitur impedimentum Criminis.
- 15 VI. Ut, si fiat promissio Matrimonii, sit seria, 16 Et acceptata.
- 17 Non requiritur tamen, ut sit mutua.
- 18 Solum homicidium conjugis non causat Impedimentum.
- 19 Sed quando concurrat adulterium.
- 20 Vel quando uterque machinatur in mortem conjugis.
- 21 Ut machinatio concurrens cum adulterio causet impedimentum Criminis, requiritur I. Ut alteruter sit causa moralis aut physica mortis.
- 22 II. Ut mors ex tali machinatione revera sequatur.
- 23 III. Ut machinatio fiat animo contrahendi Matrimonium.
- 24 Ad quod tamen sola sufficit intentio interna,

est non manifestata externè. Alius internus quando possit, & soleat praecipere Ecclesia. Ibid.

25 Conditiones requiruntur ad Criminis impedimentum sine adulterio contrahendum.

26 Impedimentum Criminis contrahunt etiam illi, qui ignorant Impedimentum.

27 Poena Legis incurritur a transgressoribus poenae, nisi poenam apostitam ignorent.

Post impedimenta Ordinis, & Voti, pergit Compilator Canonum ad alia impedimenta; & quidem in praesenti Titulo ad impedimentum criminis per adulterium vel homicidium conjugum commissum. Quamvis enim Rubrica hujus Tituli de solo Crimine adulterio sonare videatur, tamen etiam de Homicidio, seu machinatione in mortem conjugis intelligi debet; quia de eodem etiam in h. t. agitur. Est namque duplex crimen inducens impedimentum dirimens Matrimonii: Adulterium videlicet, & Homicidium, seu Machinatio in mortem conjugis, non quidem quaecunque, sed certis qualitatibus & conditionibus affectum; ut patebit ex sequentibus.

Quaeritur I. Quodnam, & inter quos Adulterium constituat dirimens impedimentum Criminis? Item quae conditiones requirantur ad illud? Resp. I. Solum Adulterium non est dirimens Impedimentum inter adulterum, & adulteram, sed tunc solum, quando cum eo concurrat contractus saltem attentatus Matrimonii, vel ejusdem contrahendi promissio; vel machinatio in mortem conjugis innocentis. Communis ac certa ob clara Jura. Prima pars, quod solum Adulterium non constituit impedimentum dirimens, patet ex c. Significasti. 6. h. t. ubi ad questionem, an valeat Matrimonium viri cum illa, cum qua prius vivente adhuc sua uxore adulterium commisit? respondit Papa: Quod nisi alter eorum in mortem uxoris defunctae fuerit machinatus, vel ea vivente sibi fidem dederit de Matrimonio contrahendo, legitimus iudices Matrimonium supra dictum.

Secunda pars, quod sit impedimentum, si cum adulterio concurrat Matrimonii contractus de praesenti, patet ex c. 1. & c. Veniens. 7. c. fin. & c. Cum habet. h. t. ubi Summarium ita sonat: Qui vivente uxore legitimam cum secunda contrahit adultera, etiam prima mortua, separabitur à secunda; etiamsi longo tempore ei cohabitavit, & filios ex ea suscepit: ut proin inter tales Matrimonium vivente alia legitimam uxore contractum, non tantum sit nullum, sed etiam impedimentum, quod valide amplius non possit contrahere.

Tertia pars, quod adulterium constituat etiam impedimentum, si accedat saltem promissio de Matrimonio post mortem conjugis contrahendo cum parte adultera, textus expressus est cit. c. Significasti. 6. h. t. ibi: Nisi alter eorum, ea vivente sibi dederit fidem de Matrimonio contrahendo, & c. Veniens, ac fin. eod. ibi: Si quis uxore vivente, fide datam promissit aliam se duxerit &c. tolerari non debet, si illam adulterio polluisse.

Quarta pars tandem, quod Adulterium Impedimentum generet, si cum eo concurrat Machinatio in mortem conjugis, etiam sine promissione Matrimonii, constat ex c. 1. h. t. ibi: Vel qua machinata est in mortem uxoris. c. Super hoc. 3. eod. ibi: Respondemus, quod si adultera est in mortem uxoris aliquid machinata, sive fidem dederit, sive non, quod ea defuncta hanc esse ducturus, secundum Canones ab ejus consortio prohibetur, & hoc prohibito perpetuo est servanda, & c. Significasti. 6. eod. ibi: Nisi aliter eorum in mortem uxoris defunctae fuerit machinatus Pro-

6 Procedit Conclusio quoad posteriores partes, sive adulterium praecedat, sive sequatur Matrimonium, aut promissionem ejusdem in adultera, prout teste Sanchez lib. 7. Disp. 79. n. 3. docent universi, arg. c. fin. h. t. ibi: Sive prius, sive postea cum adulterio polluisse: Procedit insuper, et a si vir & legitima uxor quorum Thorum per divortium separati vivant, textu expresso c. Ex literarum. 4. h. t. Item et si nunquam cohabitaverint, ipsiunque Matrimonium tantum ratum, & nunquam adhuc consummatum fuerit, arg. c. Significasti. 2. h. t. & ibi Abbas n. 1.

7 Resp. II. Plures requiruntur conditiones ad hoc, ut ex adulterio confurgat dirimens impedimentum Criminis. Patet inductione. Nam I. requiritur, ut cum adulterio concurrat vel contractus, vel promissio Matrimonii cum adultera parte, vel machinatio in mortem conjugis per dicta.

II. Requiritur, ut Matrimonium cum primo conjugate sit validum; si enim hoc ex aliqua ratione invalidum esset; hoc ipso alteruter conjugum tertiam personam carnaliter cognoscens adulterium non committeret, & consequenter impedimentum cum illa tertia persona non contraheret, arg. c. Significasti. h. t. & ibi Barbosa n. 1. Joan. Andreas n. 4. Sanchez lib. 7. Disp. 79. n. 30. cum communi aliorum.

III. Requiritur, ut tam adulterium, quam promissio Matrimonii, vel attentatus ejus facta sit vivente adhuc adulteri, vel adulterae legitimo conjugate. Omnes, per clara Jura haecenus allegata, ubi semper dicitur: si vivente uxore, ut proin impedimentum non oriatur, si quis vivente legitimam uxore, cum aliqua adulterium committit, & post mortem uxoris, eidem Matrimonium promittit, aut e contra.

In id secundum Bosco de Impedim. Matrim. sect. 8. Concl. 6. Sanchez loc. cit. n. 6. & alios ab eo citatos requiritur, ut adulterium & promissio Matrimonii fiant durante eodem conjugio, consequenter impedimentum non oriatur, si vivente una uxore quis cum Bertha v. g. adulterium committit, & post mortem uxoris aliam, & non Bertham duxit, vivente tamen secunda hac uxore Berthae Matrimonium promittit. Ratio est; quia Canones & Textus h. t. haecenus allegati de eodem conjugate vivente loqui videntur.

IV. Requiritur, ut uterque adulterans sciat, alterum esse conjugatum. Omnes textu expresso c. 1. h. t. ibi: Quia tamen mulier erat inscia, quod ille aliam haberet uxorem viventem, & c. penult. h. t. Ratio est; quia tunc ex parte ignorantis non adest verum adulterium, arg. l. pen. ff. ad Leg. Jul. de Adult. Imò non tantum potest inter tales postea consistere Matrimonium, sed insuper tenetur verus adulter post mortem conjugis suae, illam ducere, quam ignorantem vivente uxore cognovit, si eidem etiam tunc Matrimonium promittit, vel etiam de praesenti cum illa contrahit; nec ne, cit. c. fin. c. 2. & penult. h. t. ubi etiam ratio additur: Quia dignum non est, ut praedictus vir, qui scienter contra Canones venerat, lucrum de suo dolo reportet. Partitamen ignorantem liberum manet, nam velit pa ti scienter adulterare nubere, nec ne, cit. c. fin. h. t. ibi: Nisi mulier (quae fuit ignorans) divortium petat.

V. Requiritur perfectum, & consummatum adulterium, nec sufficit copula solum attentata, Sanchez loc. cit. n. 2. Barbosa in c. fin. h. t. n. 4. & ibi Abbas n. 6. Joan. Andreas n. 4. cum Glossa v. Cognovit: ratio est: Tum quia non obest coram, ubi i jura non habuit effectum, arg. c. fin. de Sponsal. Tum quia veritatur in peccabilibus, quae reser-

gere potius oportet, quam ampliare. c. Odia. 18. de Reg. Jur. in 6.

Adiunt aliqui (quos sequendo etiam nos diximus in Theologia nostra morali Tract. 14. dist. 16. n. 93.) necesse quoque esse, ut vir etiam seminet intra vas, verum spectando legis intentionem seu rationem (quae est animalis) & juris fundameta, probabilis videtur, id non requiri, quia Jura plus non requirunt, quam verum ac perfectum adulterium; quale revera in utroque est, si vir vas foeminae penetrat, et si omnino non seminet, vel adventum seminis advertens, virilia extrahat, & extra vas seminet. Accedit, quod alias per iniquam illam seminis frustrationem facile elidit possent SS. Canones, Criminis impedimentum statuentes, & adulteri liberius peccarent, utpote carentes periculo impraegnationis, confusionis & poenae.

Nec obstat, quod ad contrahendam Affinitatem requiratur, ut saltem vir seminet per dicenda infra Tit. XIV. de Consang. & Affini. n. 37. quia impedimentum Affinitatis inductum est principaliter ob unitatem carnis, quae non nisi ex perfecta copula ad generationem sufficiente causatur, juxta dicenda Tit. XIV. n. 37. & 199. ac propterea etiam abique omni delicto contrahitur. Secus est de Criminis impedimento, quod praecise in odium & poenam delicti, & ad illud evitandum ab Ecclesia est statutum, quod delictum longe majus, ac etiam frequentius est, si penetrato jam vase feminario extra vas, vel saltem haud minus, si omnino non seminat vir, consequenter à poena immerito eximitur.

Illud verum est, quod, si vir solos lascivos acutus exerceat, & abique immisione virilium in muliebria solam pollutionem extra vas committat, impedimentum non confurgat; quia in hoc casu proprium ac perfectum adulterium non est.

VI. Requiritur, ut, si promissio fit, sit vera ac seria, atque ab altera parte acceptata. Quod debet esse seria, & non sufficiens ficta, docet Bosco de Impedim. Matrim. sect. 8. Concl. 3. n. 76. Perez Disp. 33. sect. 4. n. 2. Henriquez lib. 12. de Matrim. cap. 14. n. 3. & alii contra Sanchez lib. 7. Disp. 79. n. 10. Ratio est: Tum quia ficta promissio non est promissio. Tum quia poenalia restringenda potius sunt, quam extendenda, c. In panis. de Reg. Jur. in 6. Confirmatur à simili in si ete rebaptizante, aut profertente haereticum, utpote poenas Jura non incurrent.

Quod autem debeat promissio esse acceptata, 16 conveniunt DD. & ratio est, quia promissio non acceptata est nuda pollicitatio, nullam parient obligationem, l. Absenti. ff. de Pollicit. Et nota cum Bosco loc. cit. Concl. 4. n. 128. partem tacentem hic non censeri acceptare; quia acceptatio est in ejus praesidium, utpote causans impedimentum: ubi autem taciturnitas est in damnum tacentis, tacentis consentire non censetur, ut alibi diximus, arg. c. Qui tacet. de Reg. Jur. in 6.

Aliqui requirunt etiam mutuum promissionem, sed Sanchez loc. cit. n. 20. Palao loc. cit. n. 12. Pontius lib. 7. cap. 45. n. 2. Bosco loc. cit. Concl. 4. cum Communi relictis negant, arg. c. Significasti. 6. h. t. ubi expresse dicitur, quod si alter eorum fidem dederit de Matrimonio contrahendo, quae verba unius promissione verificatur.

Quaeritur II. Quandoan Machinatio in mortem conjugis constituat impedimentum Criminis? Et quid requiratur ad hoc? Resp. I. Solum homicidium conjugis ab altero conjugate factum, vel Machinatio in mortem ipsius non inducit impedimentum Criminis, sed tunc solum, quando vel cum homicidio conjungitur adulterium; vel quando pari



confensa viri & mulieris committitur homicidium conjugis. Circa primam partem, quod solum homicidium conjugis ab altero conjugis, et si cum animalium contrahendi cum alia factum non inducat impedimentum, conveniunt DD. quod id nullo Jure reperitur constitutum.

19 Secunda pars, quod confurgat impedimentum, quando concurrat Adulterium conjugis, patet ex dictis num. 2. ac seqq. Solum hic addendum, nihil referre, siue occidens sit vir siue femina, & siue occidat uxor siue vir, ut cum communi aliorum bene observat Sanchez lib. 7. Disp. 78. n. 8. Abbas in c. 1. h. t. nu. 3. Sylvester y. Matrimonium. 7. q. 6. dict. 1. contra paucos alios, arg. can. Si quis vivente. 5. caus. 31. q. 1. ibi: Nisi forte vir aut mulier vivens qui mortuus fuerat, occidisse notetur, & c. 1. Super 3. & c. Significasti. 6. h. t. ubi impedimentum confurgere dicitur, si mulier machinata est in mortem uxoris alterius. Item non refert, siue Machinatio in mortem sequatur adulterium, siue antecedit, sicut supra diximus de Adulterio. Bosco loc. cit. Sanchez lib. 7. Disp. 78. nu. 10. quia Jura tantum requirunt adulterium cum machinatione in mortem, quod verificatur, siue sequatur, siue antecedit adulterium. Quae vero aliae conditiones requirantur ad talem Machinationem, ut sit Impedimentum, dicitur infra n. 21. & seqq.

20 Tertia pars, quod Impedimentum confurgat, si etiam sine adulterio vir & mulier communi consilio machinantur in mortem alterutrius conjugis, si viri siue mulieris, conveniunt DD. arg. c. 1. de Conversione Infidel. ubi dicitur, quod Saraceni, qui quarundam Christianorum viros carum (Christianorum uxorum) insidiis, & machinationibus occiderunt, eis nubere non possint. Quae autem aliae conditiones ad hoc requirantur, & sufficiant, dicitur infra num. seqq.

21 Resp. II. Ad hoc, ut Machinatio in mortem conjugis concurrentis cum adulterio causet impedimentum Criminis, praeter conditiones ad adulterium a n. 7. requisitas requiritur I. Ut unus conjugum sit vera causa physica aut moralis mortis conjugis innocentis, v. g. praebendo venenum, manus injiciendo, aut mandando, consulendo, rogando, conducendo, ut occidatur; sola enim rati habitio caedis jam factae, aut approbatio non sufficit, ut bene docet Sanchez lib. 7. Disp. 78. n. 6. Herin. Disp. 6. n. 73. Palao de Sponsal. Disp. 4. pun. 12. n. 4. cum Glossa in can. Si quis 5. cau. 31. q. 1. y. Occidisse, arg. cit. c. Si quis. & c. Significasti. 6. h. t. Ratio est; quia rati habitio non causet mortem, sed jam factam supponit. Nec obstat, quod rati habitio mandato comparetur, c. Rati habitio in. de Reg. Jur. in 6. ibi: Rati habitioem retrorahi, & mandato comparari, non est dubium; quia hoc intelligitur de his, quae a sola voluntate raturum habentis dependent, vel in iis, quae Jure disponente, pro mandato reputantur. Non requiritur autem, quod uterque concurrat; sed sufficit, si unus eorum, etiam altero inscio, id faciat; tunc enim si adulterium concurrat, jam confurgit impedimentum, arg. cit. can. Si quis. ibi: Nisi forte vir, aut mulier. & c. Significasti. 6. h. t. ibi: Nisi alter eorum in mortem fuerit machinatus.

22 II. Requiritur, ut mors ex tali Machinatione realiter, & in effectu sequatur, ut proin Impedimentum non confurgat, si mors non sequatur, quantumvis machinati sint ad illam; vel intenderint, Sanchez lib. 7. Disp. 28. n. 7. cum Glossa in c. Super hoc. 3. h. t. y. Machinata. ac tere unanimis aliorum arg. cit. can. Si quis vivente. 5. caus. 31. q. 1. ibi: Nisi occidisse notetur. Nec obstat, quod c. 1. c. Super hoc. 3. c. Significasti. 6. h. t. de sola machinatione

in mortem fiat mentio. Nam contra est; Tum quia verba sumenda sunt cum effectu, arg. c. Relatum. 4. de Clericis non resident. praesertim in materia poenali, arg. c. Haec autem verba, de Penit. dist. 1. Tum quia in poenaliibus restringere potius, quam extendere debemus, c. Odiu, de R. J. in 6. Inferunt DD. communiter, etiam tunc non confurgere Impedimentum, si mors sequatur quidem, at non vi machinationis praefatae, sed ex incuria, aut in cuncta Medici, vel Chirurgi, aut aliunde.

III. Requiritur, ut Machinatio in mortem conjugis ab altero fiat eo fine & animo, quod occiso conjugis innocente, cum alio adultero Matrimonium inire velit, adeoque Impedimentum non sit, si ex alio fine fiat homicidium, v. g. ut liberius libidinis quae vacare queat, &c. Sanchez lib. 7. Disp. 78. n. 13. Gutierrez cap. 105. n. 16. Bosco de Impedim. Matrim. sect. 8. Concl. 5. Pontius lib. 7. cap. 45. n. 5. cum communi aliorum, quos sequitur Rota in Noviss. decis. 316. n. 28. contra paucos alios apud Sanchez loc. cit. arg. c. 1. y. Ad hoc. de Convers. Infidel. & can. Si quis. 5. caus. 31. q. 1. ibi: Occidisse notetur, ut conjungeretur, ut notat ibidem Glossa. Ratio desumitur ex fine hujus Impedimenti, qui fuit, ne unus conjux amore & cupiditate contrahendi cum alio, proprium conjugem occidat.

Notandum tamen hic, sufficere solum intentionem internam nullo signo externo manifestatam, ut contra Pontium lib. 7. cap. 45. n. 4. & Perez Disp. 33. sect. 1. n. 7. insigniter probat Bosco de Impedim. Matrim. sect. 8. Concl. 5. n. 193. Ratio est; quia, licet alias Ecclesia non praecipiat actus merè internos, tamen hos indirecè saltem praecipere potest, & solet, quando actus internus est de essentia actus externi, prout est contritio respectu confessionis Sacramentalis, vel quando actus internus multum confert ad bonum commune, ut constat ex Clem. 1. de Statu Monach. ubi Excommunicatio fertur in Monachum, qui intentione accusandi Superiorem se confert ad aulam Regiam; quae intentio utique est actus internus. Similiter praecipitur actus internus, Clem. Multorum. de Heret. c. Dolentes. de Celebr. notat ibidem idem Bosco post Sanchez in Foro externo semper praesumi Machinationem in mortem conjugis factam esse animo ineundi cum alia Matrimonio, si mulier & vir alienus communi ope concurrant ad mortem conjugis innocentis, vel quando praecedit adulterium cum altero conjugis.

Resp. III. Ad hoc ut Machinatio in mortem conjugis sine adulterio causet Impedimentum, requiritur I. Ut tam vir, quam mulier contrahere volentes, moraliter vel physice concurrant ad mortem conjugis innocentis, arg. cit. c. 1. de Convers. Infidel. in quo differt ab Impedimento proveniente ex Machinatione conjuncta adulterio, juxta dicta n. 21. II. Requiritur, ut mors ex eorum Machinatione reverà sequatur. III. Ut fiat intentio, quod dein morte secuta velint invicem contrahere Matrimonium, prout in secunda & tertia conditione n. 22. & n. 23. posita diximus per Jura, rationes, & Doctores ibidem allegatos.

Quaeritur III. An Criminis impedimentum etiam tunc confurgat, quando adulterantes & machinantes ignorant, inde oriri inter eos Impedimentum? Resp. Affirmative, Gobath tr. q. nu. 202. Diana p. 10. tit. 13. Resolut. 51. & consequenter illi omnes, qui univerfaliter docent, Impedimentum dirimens quodvis irritare Matrimonium, est ignoretur, inter quos sunt Sanchez lib. 7. Disp. 40. n. 7. Perez Disp. 39. sect. 5. n. 3. Coninck Disp. 27. n. 13. dicens, hanc doctrinam certam esse & verissimam,

mam, Tannerus Tom. 2. Disp. 5. q. 5. n. 113. vocans hanc doctrinam certam & communem. Ratio est: tum, quia Canones statuunt Impedimenta, nullibi requirunt notitiam hujus impedimenti. Tum, quia alia Impedimenta contrahuntur absque notitia, juxta dicta: ergo etiam hoc; cum non sit major ratio de hoc, quam alius. Accedit praxis & consuetudo (optima Legum interpres, c. Cum dilectus, de Consuetud.) Curiae tam Romanae, quam aliarum Ecclesiasticarum, quae constat, etiam illos, qui ignorantes Impedimentum Criminis annexum contraxerunt, indigere dispensatione ad valde contrahendum, de quibus vide etiam Corradum Prax. dispensat. Apostol. lib. 8. cap. 9. n. 7.

27 Obijcies: Ignorantia poenae Ecclesiasticae excusat a poena, et si caeteroquin quis peccet contra Legem, arg. c. Ut animarum. 2. de Constit. in 6. atqui Impedimentum Criminis statutum est per modum poenae in odium delicti, ergo. Resp. Negando Majorem, etiam, qui culpabiliter transgreditur Legem, incurret etiam ejusdem poenam, et si hanc transgressoribus impositam esse ignoret (exceptis Clericis) prout habet communis Doctorum, & amplius dicitur infra.

Nec obstat c. Ut animarum. 2. de Constit. in 6. quia ibi est quæstio de Censura excommunicatio-nis, quae utique non incurritur sine notitia, hoc ipso, quod requirit contumaciam, quae sine notitia non datur. Accedit, quod dato, non concessio, ignorantia poenae excuset a poena simpliciter lata, tamen non excusat a poena inhabilitatem inducente, prout est in proposito Impedimentum Criminis. Plura de hoc alibi.

TITULUS VIII.

De Conjugio Leproforum.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio Ordinis.
- 2 Lepra nec impedit, nec dirimit Matrimonium.
- 3 Nec solvit quoad vinculum Matrimonium necdum consummatum. Et num. seq.
- 4 Praebet tamen causam solvendi Sponsalia.
- 5 Non item divortium; aut negandi debitum conjugale.
- 6 Nisi iudicio peritorum sit periculum gravis infectionis.
- 7 Charitas incipit ab Ego. Ibid.
- 8 Qui scivit prius, futurum conjugem esse lepra infectum, non potest ob periculum infectionis ei negare debitum.
- 9 Idem, quod de lepra dictum, de aliis infirmitatibus intelligi etiam debet.
- 10 Qui sine periculo infectionis potest cohabitare, tenetur ad illud; est debitum sine periculo reddere nequeat.

Quandoquidem Leprosi a consortio hominum separari solent, Matrimonium autem indiduum vitae societatem exigit, merito occasione Impedimentorum agitur etiam de Matrimonio Leproforum; indagando, An etiam inter hos, & quomodo Matrimonium consistere valeat?

Quaeritur itaque I. An Lepra sit Impedimentum Matrimonii contrahendi, vel contracti? vel saltem praebet causam dissolvendi Sponsalia? Resp. I. Lepra nec dirimens, nec impediens est Impedimentum Matrimonii, non tantum, si ambo sunt leprosi, sed etiam, quando unus tantum Leprosus est; dum-

modo inveniat, qui ei nubere velit. Communis ac certa, textu expresso c. Quoniam 2. h. t. ibi: Leprosi autem si continere nolunt, & aliquam, quae sibi nubere velit, invenierint, liberum est eis ad Matrimonium convolare.

Resp. II. Ob Lepram supervenientem non potest test quoad vinculum solvi Matrimonium, siue copula carnali consummatum sit, siue non. Rufus unanimis. Et quidem si Matrimonium jam fuit consummatum, patet ex c. 1. §. Quoniam. h. t. Ratio est; quia tunc Matrimonium est indissolubile Jure Divino Matth. 19. v. 6. Altera pars, quod etiam Matrimonium solummodo ratum, & nondum consummatum, per Lepram non dirimatur, constat ex c. 2. eod. Et ratio est; quia sola Professio Religiosa habet virtutem dirimendi Matrimonium ratum, nondum consummatum, c. Veniens. 2. & c. Ex publico. 7. de Convers. Conjug.

Nec obstat c. fin. h. t. ubi dicitur, quod superveniente Lepra in una conjugis, alter ad eam accipiendam cogi non debeat; cum nondum inter eos Matrimonium fuerit consummatum. Resp. enim, ibi per ly consummatum non intelligi consummationem per copulam carnalem, sed de consummatione per consensum, quo perficitur, seu consummatur Matrimonium quoad essentiam, arg. l. Nuptias. 30. ff. de Reg. Jur. & notat in cit. fin. c. Doctores communiter, patetque aperte per contextum, utpote qui non erat de Matrimonio, sed de Sponsalibus, ad quae perficienda seu executioni mandanda, consequenter ad consummanda per Matrimonium nemmo cogi potest, si Lepra superveniat.

Resp. III. Lepra superveniens sufficientem praebet causam solvendi Sponsalia de futuro. Rufus unanimis textu expresso c. fin. h. t. & jam dictum est supra.

Quaeritur II. An Lepra vel alia infirmitas superveniens praebet causam divortii, & negandi debitum conjugale, ita ut sanus à leproso quoad Thorum & cohabitationem se separare, & debitum conjugale negare valeat? Resp. I. Ordinariè loquendo, ob supervenientem Lepram sanus conjux à leproso nec separari, nec eidem debitum conjugale negare potest, nisi iudicio Medicorum aut peritorum probabile sit periculum gravis infectionis. Ita expressè statutum habetur c. 1. & 2. h. t. ibi: Quoniam nemini licet (excepta causa fornicationis) uxorem dimittere; constat, quod si mulier lepra percussa fuerit, siue alia gravi infirmitate dentis, non est à viro propterea separanda, vel etiam dimittenda. Et infra quod, si virum siue uxorem leprosum sibi contigerit, & infirmus à sano carnale debitum exigit, generali praecipio Apostoli, quod exigitur, est solvendum: cui praecipio nulla in hoc casu exceptio invenitur.

Dicitur autem notanter in Conclusionem: Nisi iudicio Medicorum, aut peritorum probabile sit periculum gravis infectionis. Hoc enim in casu debitum negare, separationem à Thoro & cohabitatione petere omnino potest conjux sanus, si non tantum ex debito conjugali, sed etiam ex sola cohabitatione praefatum periculum timendum foret, juxta communem DD. ut videre est apud Sanchez lib. 9. Disp. 24. n. 17. Barbosa in c. 2. h. t. Navarrus in Manual. cap. 16. n. 25. Engel h. t. Pirhing h. t. n. 10. arg. c. 1. h. t. ubi dicitur, quod, si sani non possint induci, ut conjugaliter cohabitent leprosis conjugibus, cogi non possint, dummodo uterque altero vivente continentiam servet. Ratio est; quia pruden-ter praesumi non potest, quod vel ipsi contrahentes obligare se intenderint, vel ipsum Matrimonium obliget ad talem usum Matrimonii, qui evidenter vergit ad destructionem proprii individui; praesertim cum



us Matrimonii sequatur rectum ordinem nature, utpote in cuius Officium est institutum: Rectus autem Ordo nature postulat, aut saltem concedit, ut prius consulatur incolumitati proprii individui, hoc ipso, quod ordinata charitas incipiat ab Ego, arg. can. Si non licet. 9. cau. 2. q. 5. & c. Dilecto. de Præbend.

8 Hic tamen notandum cum Sanchez loc. cit. n. 22. Ledesma loc. cit. Barbosa loc. cit. n. 4. Bonacina loc. cit. num. 8. quod, si Lepra aut alius morbus etiam contagiosus præcessit Matrimonium, & hoc sanus Sponsus scivit, non possit negare debitum, nec prætere separationem, etsi adsit periculum similibus infectionis. Ratio est; quia per contractum scienter ad hoc se obligavit, & sibi imputare debet, quod talem conjugem accepit. Accedit, quod si leprosus conjux scivisset, talem ob Lepram, aut aliam infirmitatem, quam ei fideliter detegit, vel non abscondit, sibi negotium debitum conjugale, forsâ cum alio contraxisset, prout poterat, arg. c. 2. h. t.

9 Resp. II. Idem, quod de Lepra diximus, etiam de aliis infirmitatibus procedit, videlicet quod ob eam sanus ab infirmo nec quoad Thorum separari, nec eidem debitum conjugale negare possit, nisi ex eo probabile exsurgeret periculum infectionis. Sanchez loc. cit. num. 18. Bonacina de Matrim. q. 4. pun. 1. n. 8. Ledesma de Matrim. q. 64. a. 1. dub. 2. Barbosa loc. cit. n. 3. cum communi, arg. c. 2. h. t. ibi: Vel alia gravi infirmitate detentâ. Idque ob eandem rationem: ubi enim eadem est ratio, eadem est legis dispositio, l. l. l. ff. de Legib.

10 Id tamen hic notandum, quod, si solum periculum timendum sit ex debito conjugali, non item ex cohabitatione, ad hanc teneatur sanus, licet debitum reddere non obligetur, quia præter debitum conjugale specialis conjugibus incumbit obligatio ad cohabitandum, arg. c. 2. h. t. cum Concordantiis, consequenter, si nulla causa excusans adest, ad eam tenebitur. Et sanè sæpè occurrit casus infirmitatis, ob quam licet negare debitum conjugale, non item cohabitationem aut Thorum.

TITULUS IX.

De Conjugio Servorum.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio Continuationis.
- 2 Impedimentum Conditionis quid?
- 3 Est Jure nature introductum.
- 4 Persona libera si contrahat cum servili, quam servilem esse ignorat, Matrimonium est nullum.
- 5 Dummodo propriè sit servus, aut ancilla.
- 6 Due persone serviles validè ac licitè etiam invito Domino contrahunt Matrimonium.
- 7 Solvitur objectio.
- 8 Matrimonium liberæ cum servili cognita ut tali validum ac licitum est.
- 9 Solvitur instantia.
- 10 Liber contrahens cum libera, quam putat esse servam, validè contrahit.
- 11 De liberis servorum, & divortio liberi cum serva. Remissivè.

Adducis nonnullis Impedimentis Matrimonii pergit Compilator Canonum in præsentem ad alud, Conditionis nempe impedimentum, de quo in præsentem Titulo agitur, finalque statuitur, quid Juris in Conjugio servorum.

Quæritur I. Quid sit? & in quo consistat impedimentum Conditionis? Item quo Jure sit introductum? Resp. I. Impedimentum Conditionis est error circa statum servilem personæ, cui nubit libera persona: Et consequenter istud Impedimentum consistit in hoc, quod libera persona ex errore aut ignorantia contrahat cum persona servili, & propterea Matrimonium nullum ac irritum est. Ita in re communi, arg. toto Tit. præsentem, patebitque statim ex sequentibus.

Resp. II. Impedimentum Conditionis non solo Jure humano Ecclesiastico, sed etiam naturali est introductum. Sicut in 4. dist. 30. q. 1. & ibi Magister Sententiarum, Sylvester x. Matrimonium. 6. q. 1. & 2. & alii contra Sanchez lib. 7. Disp. 19. n. 16. & communiorem aliorum. Ratio est; quia error Conditionis semper supponitur evacuare totum consensum. Hoc ipso enim, quod per Matrimonium fiat permutatio corporum, & mutua traditio pleni Juris, illud in ordine ad usum Matrimoniale, servus autem liberum usum corporis sui non habeat, & propterea dare non possit, merito præsumitur, nolle liberam personam commutare profectam sui corporis cum potestate corporis servi, utpote quam non habet; uti bene dicitur Doctor subtilis loc. cit. Accedit, quod in toto Jure non reperitur textus irritans Matrimonium cum Impedimento Conditionis contractum, consequenter supponat illud Jure nature jam esse irritum, defectu nempe consensûs, cujus defectu Matrimonium irritum esse Jure nature; nemo negat. Quod si contentas, fieri posse, quod libera persona ignorans Conditionem servilem alterius adhuc habeat consensum contrahendi cum tali persona, Resp. Tunc esse Matrimonium validum, sed negatur, id præsumi posse, aut debere ob rationem supra dictam.

Quæritur II. Quid Juris de Matrimonio servorum tam cum liberis, quam inter se contractis? An nempe, & quando valida sint & licita? Resp. I. Si servus contrahat cum libera, aut ancilla cum libero ignaro, contrahentem secum esse personam servilem, nullam ac irritum est Matrimonium ob Impedimentum Conditionis. Unanimis ac certa, textu expresso c. 2. & fin. h. t. juncto can. Si quis ingenuus. 4. cau. 29. q. 2. ibi: Si quis ingenuus homo uxorem Ancillam alterius accepit, & existimat, quod ingenua sit, si ipsa femina postea in servitute fuerit detecta, si voluerit, aliam accipiat. Si autem Ancillam eam scierat, legitimam eam habeat: similiter & mulier ingenua de servo alterius facere debet.

Procedit autem Conclusio solummodo de Servis & Ancillis propriè talibus; non item de Servis Adscriptitiis, nec de Originariis, cum his enim Matrimonia per liberos contracta valida esse, etsi liberæ personæ ignoraverint Conditionem illarum, cum quibus contraxerunt, cum communi aliorum bene docet Abbas in c. 2. h. t. n. 5. Sanchez lib. 7. Disp. 19. n. 9. Ratio est: Tum quia verba in propria significatione sunt accipienda, arg. l. Non aliter ff. de Legatis. III. ibi: Non aliter a significatione verborum recedat oportet, quam, cum manifestum est, aliud sensisse Testatorem, cum concord. Tum quia Adscriptitii & Originarii re ipsâ adhuc sunt liberi, arg. l. Definimus. 13. C. de Agric. & Censib. Quinam verò sint servi propriè dicti, quinam impropriè tales, seu Adscriptitii, & Originarii, & unde veniant; Item qualis natura & obligatio eorum, vide Lib. I. Tit. XV. III. de Servis non ordinand. Porro persona, quæ inter Masculos dicitur servus proprius, inter Femellas dicitur Ancilla, arg. cit. can. Si quis ingenuus. 4. cau. 29. q. 2. cum Concordantiis.

Resp. II. Matrimonium inter duas personas serviles, Servum videlicet & Ancillam propriè tales, licitum

licitum & validum est, etiam si contradicente domino sit contractum. Ita cum D. Thomas in 4. dist. 36. q. un. a. 2. Doctores universi, teste Sanchez Lib. 7. Disp. 21. n. 3. ob claram dispositionem Juris c. 12. h. t. ibi: Nec inter servos Matrimonia debent ullatenus prohiberi: etsi contradicentibus Dominis & invitis contracontracta fuerint, nulla ratione propter hoc sumi dissolvenda. Ratio est; quia Matrimonium Jure naturali ac Divino tum ad propagationem, & conservationem generis humani, tum in remediâ concupiscentie concessum est, quod Servis suis Dominus auferre non potest.

Nec obstat, quod Servi ad Professionem Religiosam invito Domino non admittantur arg. can. Si quis servus. 37. & 38. caus. 17. q. 4. cum Concordantiis. Et etiam prohibuitur sit, invito Domino servum ordinare, prout patet ex Toto Tit. de Servis non ordinandis. Nam contra est, quod non eadem sed diversa ratio sit inter Matrimonium & Professionem Religiosam, ac sacram Ordinationem; cum enim per hanc utramque homo Deo & Divinis Obsequiis toto vitæ tempore totaliter mancipetur, & propterea servituti Domino debitis eximatur & impediatur, injuria fieret Domino, & injustitia committeretur, si invitus suo jure, & obsequiis sibi debitis privaretur; quod in Matrimonio minime contingit; quia à Servis & Ancillis etiam Matrimonio conjunctis debita & consueta servitia non minus debent propriis Dominis exhiberi, uti expressè decernitur cit. c. 1. h. t.

Resp. III. Licitum & validum est Matrimonium, quod libera persona cum Servili contrahit, casu quo prius scit, eum esse personam servilem propriè talem. Unanimis ac certa, textu expresso c. 2. & fin. h. t. juncto can. Si quis liber. 2. can. Si quis ingenuus. can. Si femina. 5. cau. 29. q. 2. ibi: Si femina ingenua accepit servum, sciens, quod servus esset, habeat eum. Ratio est, quia tunc cessat Error, & contrahens libera persona non decipitur, censeturque remittere jus suum, consequenter abest impedimentum Conditionis, & ut supponitur, quodvis aliud.

Nec obstat I. Cum ancillis. 3. C. de Incestu Nuptiis, ubi Matrimonium Liberorum cum Ancillis reprobatur; quia ex hujusmodi Contubernio (ubi ibidem rationem apponens ait Imperator) servituti contrahitur. Nam contra est, quod dicta L. 3. correctâ fit à Jure Canonico, per Canones num. præced. citatos, uti bene advertit Abbas c. Proposuit. h. t. n. 3. in materia autem Matrimoniali standum est Juri Canonico, arg. c. penult. & ult. b. t. de Secundis Nupt.

Resp. IV. Pariter valet Matrimonium, quod Liber contrahit cum Libera, quam ex errore putat servam, vel etiam Servus liberam, quam existimat esse servam; dummodo Libera sciat conditionem Servi. Sanchez lib. 7. Disp. 10. n. 23. dicens. Conclusionem esse certissimam, Hostiensis in c. fin. h. t. n. 2. cum communi aliorum contra nonnullos. Ratio est; quia Impedimentum Conditionis tantum inducitur in casu, quo contrahens ex ignorantia seu errore statim, deteriorer faceret conditionem suam, & damnum incurreret irreparabile: quod non contingit, si Liber contrahit cum Libera, quam putat esse Servam; quia exinde non deterioratur ejus conditio: nec, si Servus cum Libera, quam credit esse Ancillam, quia melioratur ejus conditio. Accedit, quod in dubio & controversia judicandum & sentiendum sit pro valore Matrimonii, c. l. c. et ex quadam. 47. de Testib. & Augur.

Quæritur III. Quid Juri de prolihus natis à parentibus, quorum unus Liber, alter Servus est? Resp. Ad hoc Quæsitum patere Tit. seq.

Quæritur IV. An, & quomodo Liber recedere Reiffenjuel Jus Can. Tom. IV.

possit à conjugè servili, cum quæ ignarus Conditionis servilis contraxit? Resp. Ad hoc Quæsitum patere infra Tit. XIX. De Divortis, ubi universatim docebitur, an, & quo modo discedere possint aut debeant? qui cum Impedimento dirimente contraxerunt.

TITULUS X.

De Natis ex libero Ventre.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio Ordinis.
  - 2 Proles sequitur quoad statum Servitutis & Libertatis conditionem Matris.
  - 3 Est tamen proles libera, si Mater talis fuit sine tempore conceptionis, sive natiuitatis. Libertas res inaglimabilis, & omnibus rebus favorabilior est. Ibid.
  - 4 Quoad Nobilitatem & Dignitatem proles legitimata sequitur conditionem Patris.
  - 5 Tandem sequuntur etiam uxores.
  - 6 Quæ tamen cuncta limitantur, si alicubi contraria consuetudo.
  - 7 Aut specialia Statuta sunt.
- Statutis Ecclesiarum Cathedralium, & consuetudinibus de non admittendis nisi Nobilibus, an & quali clausula in Brevi Papali censetur derogatum? Ibid.

Uia, ut ex Tit. præced. constat, potest Servus licitè & validè contrahere Matrimonium cum Libera (si hæc velit) etiam Liber cum Serva; hinc merito subiungitur præfens Titulus de statu prolium ex tali conjugio procreatarum, præsertim illarum, quæ ex libero ventre, id est, Matre existente libera personâ, & patre existente Servo gignuntur. Itaque

Quæritur. Cujus conditionis & status reputentur, & sint proles, si diversæ conditionis existant parentes, præsertim si pater est Servus, Mater verò libera? Resp. I. Proles quoad ingenuitatem, seu libertatem, & Servitutum sequuntur Matrem, ita, ut si Mater sit Ancilla, proles quoque evadant personæ serviles, etsi pater sit ingenuus; & e contra, si Mater sit ingenua, tales etiam sint proles, etsi pater sit Servus. Ita communis ac certa; quia juxta tritam illam Regulam. Partus sequitur ventrem, id est, conditionem Matris suæ, quæ prolem in ventre portat, arg. l. Partum. 7. C. de Re vendicat. it: Partum ancille Matris sequi conditionem, nec statum patris in hac specie considerari, explorari Juris est, prin. Instit. de Ingenuis, ac l. Nec diutius. 22. C. de Agric. & censib. juncto c. fin. de Servis non ordinand. ibi: Mater sua, cujus conditionem debet imitari, cum concordantibus. Ratio hujus multiplex allegatur à Juristis: Inter quas est, quod Mater, quæ in & extra uterum prolem sanguine & lacte nutrit, plus conferat ad generationem & sustentationem prolium, quam pater; consequenter à potiori merito fiat, denominatio. Item, quia Legislatores ad id, quod certius est, apæxerunt. De Matre autem proles semper certius constat, quam de patre, arg. l. Filium. 6. ff. De his, qui sui vel alieni jur.

Sufficit tamen ad prolium libertatem, si Mater libera vel ingenua fuit; sive dein tempore conceptionis, sive natiuitatis, sive intermedio, textu expresso l. Et servorum. 5. §. 2. & 3. de Statu hominum, & prin. Instit. de Ingenuis, ibi: Sufficit autem liberam



fuisse Matrem eo tempore, quo nascitur, licet Ancilla conceperit, & de contrario, si libera conceperit, & deinde ancilla pariat, placuit eum, qui nascitur, liberum nasci, idque ob favorem Libertatis: nam Libertas res inestimabilis est, l. Libertas. 106. de Reg. Jur. & omnibus rebus favorabilior est, l. Libertas. 122. ff. eod.

4. Resp. II. Quoad Familiam, Nobilitatem, dignitatem & honorem proles legitime nate sequuntur conditionem patris, ita, ut si hic sit Nobilis, tales sint etiam proles, etsi Mater sit plebeia: E contra si pater sit ignobilis, tales etiam reputentur proles. Est communis arg. l. Cum legitime. 19. ff. de Statu hom. ibi: Cum legitime nupte facte sunt, patrem liberi sequuntur, iupple quoad honorem & dignitatem, ut Jura Juribus concordentur. Hinc notanter dicitur in l. Partum 7. C. de Rei vendicat. in hac specie, libertatis nempe, & servitutis, statum patris non considerari: ergo a sensu contrario in aliqua specie, dignitatis videlicet & honoris statum patris considerare oportet.

5. Imo in hac specie etiam femine nascuntur conditionem viri, textu expresso l. Famine. 8. ff. de Senat. ibi: Famine nupte clarissimis personis, clarissimarum personarum appellatione continentur, & l. Mulieres. 13. C. de Dignit. ibi: Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitatis &c. Si autem minoris ordinis virum postea sortita fuerint, priori dignitate private, posterioris mariti sequuntur conditionem.

6. Ceterum utraque tam n. 2. quam n. 4. posita Conclusio limitatur in loco, ubi alia habetur consuetudo, hac enim in ista materia approbatur, c. Licet. 3. de Conjug. Servo. & merito, quia, quod partus in hac vel illa specie sequatur patrem vel matrem, est meri Juris homani, contra quod utique consuetudo valet, c. fin. de consuetud.

7. Limitatur insuper posterior Conclusio numer. 4. posita in loco, ubi specialia statuta habentur aut leges, vi quarum in prole requiritur Nobilitas ex utroque parente; qualia statuta vigent in multis Ecclesiis Cathedralibus Germanie, vi quorum ad Canonatum assumi nequit, qui Nobilitatem ex utraque Linea Materna nempe, & paternam per certam seriem probare non potest. Quibus tamen statutis ficut & consuetudini Papa procul dubio derogare potest, & actu derogat, quando in collatione Canonatus illam salutarem clausulam inserit: non obstantibus quacunque consuetudine, vel particularibus statutis Ecclesie; nisi consuetudo esset immemorialis, vel statuta juramento essent roborata, aut a Pontifice confirmata: Quamvis & his Papa derogare possit, & actu deroget, si id exprimat, utendo clausula: non obstante quacunque consuetudine etiam immemoriali, vel statutis Ecclesie etiam juramento, vel autoritate Apostolica confirmatis &c. uti videre est apud Barbofam de Clausulis, Clausula 84. & 87. & diximus amplius Lib. I. Tit. II. de Constit. a. n. 493. & Tit. IV. d. n. 188.

TITULUS XI.  
De Cognatione Spirituali.  
SUMMARIUM

- 1 Ratio continuationis.
- 2 Cognatio Spirituali quid? Et unde?
- 3 Ex Catechismo non amplius oritur Cognatio Spirituali.
- 4 Cognatio Spirituali nec naturali, nec Divino,



- 5 Sed solo Ecclesiastico Jure introducta est.
- 6 Cognatio Spirituali olim triplex fuit, Paternitas nempe, Compaternitas, & Fraternalitas. Et duobus num. seqq.
- 9 Hodie est restricta.
- 10 Et tantum datur inter personas a Concilio Tridentino specificatas tam ex Baptismo,
- 11 Quam ex Confirmatione: & que sint he persone?
- 12 Doctrina practica, inter quas personas non veretur Cognatio Spirituali.
- 13 Ex Baptismo invalidè collato non oritur Cognatio Spirituali.
- 14 Bene verò ex Baptismo privatim collato.
- 15 Nisi parens in necessitate baptizaret.
- 16 Si unus tantum patrinus, vel unus & una designati, & quali Baptismo assistunt, contrahunt Cognationem Spiritualem.
- 17 Secus, si Baptismo prius jam collato, solis postea assistunt ceremoniis.
- 18 Quid, si Baptismus iteratur?
- 19 Prohibitum est, plures adhibere Patrinos quàm duos, unum nempe, & unam.
- 20 Si plures, quàm fuerint designati, teneant infantem, soli designati contrahunt Cognationem Spiritualem.
- 21 Si verò plures quàm duo fuerint designati, omnes eam contrahunt.
- 22 Patrini etiam in privato Baptismo contrahunt Cognationem Spiritualem.
- 23 Etiam per procuratorem tenens infantem contrahit Cognationem Spiritualem; & non procurator.
- 24 Plures requiruntur conditiones ad hoc, ut Patrinus in Baptismo, vel Confirmatione Cognationem Spiritualem contrahat. De I. & II. Remissive.
- 25 III. Ut sit designatus a parentibus, & habeat intentionem exercendi munus patrini.
- 26 IV. Ut Baptizandum vel Confirmandum per se, vel per alium physice teneat: & quomodo?
- 27 V. Ut Patrinus in Confirmatione sit prius ipse Confirmatus.
- 28 VI. In Baptismo autem sit ipse baptizatus.
- 29 Obligatio Patrini que?
- 30 Parens in Baptismo solemniter absque ulla necessitate levans proprium infantem, nullam contrahit Cognationem Spiritualem.
- 31 Solvitur instantia. Et num. seqq.

Inter Impedimenta dirimentia præcipuum, & valde frequens est Cognatio; quæ triplex invenitur, Spirituali nempe, Legalis, & naturalis seu carnalis. De prima utpote digniore in præsentibus, & duabus aliis in subsequentiis agitur Titulis.

Queritur I. Quid, & quotuplex sit Cognatio Spirituali in ordine ad dirimendum Matrimonium? & quo Jure introducta? Resp. I. Cognatio Spirituali est propinquitas personarum proveniens ex dispensatione Sacramentali Baptismatis, & Confirmationis. Scotus in 4. dist. 42. q. un. n. 2. Estque in re communis, arg. Toto præsentis Titulo. Adducitur autem causa hujus Impedimenti, dispensatio nempe solius Baptismi, & Confirmationis; quia ex datione aliorum Sacramentorum Cognatio Spirituali nequaquam oritur, quæ Matrimonium impedit, aut dissolvat; prout his ipsis verbis dicitur c. fin. h. t. in 6.

Dices, etiam ex Catechismo seu instructione Fidei oritur Cognatio Spirituali & Impedimentum saltem impediens Matrimonium, textu expresso c. Contracto. 5. h. t. & c. 2. eod. in 6. ergo Cognationis Spirituali definitio non est bona, utpote non omni

omni definito conveniens. Resp. Cognationem & Impedimentum ex Catechismo sublatum, & Jus antiquum in hoc correptum fuisse a Concilio Tridentino Sess. 24. de Reform. cap. 2. prout contra paucos alios advertunt Pontius lib. 6. cap. 11. n. 3. Sanchez de Matrim. lib. 7. Disp. 10. n. 10. ipsique testibus declaravit S. Congregatio, & Motus proprius Pii V. confirmatque ipsa praxis & universalis Ecclesie consuetudo, optima Legum interpret, c. 8. de Consuet.

4. Resp. II. Cognatio Spirituali, & confluens in de Impedimentum dirimens non Divino, aut naturali, sed solo jure Ecclesiastico est introductum. Covarruvias de Matrim. p. 2. cap. 6. §. 4. Sanchez lib. 7. Disp. 54. n. 2. eoque teste Omnes. Et quidem, quod Jure naturali non sit introductum, patet; quia Sacramenta, ex quibus Cognatio Spirituali oritur, non ex natura, sed ex sola institutione Christi originem habent. Quod autem nec ex Jure Divino proveniat, inde constat; tum quia de hoc nec ex SS. Litteris, nec ex traditione Apostolica aliquid habetur: Tam quia si ex Jure Divino esset, Papa in eo nec dispensare, nec illud pro arbitrio immutare valeret, per dicta Lib. I. Tit. II. n. 45. arg. can. Inferior. 4. dist. 21. & c. Cum inferior. de Majori. & Obedient. Quod tamen factum est per Concilium Tridentinum Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 2. cujus textum vide infra n. 18.

5. Quod verò Jure Ecclesiastico introductum habeatur, patet ex Juribus n. 2. citatis, totoque hoc Titulo, & cau. 30. q. 1. & 3. Ratio autem hujus Ecclesiasticæ Constitutionis est; quia per dispensationem Sacramentorum Baptismi, & Confirmationis fit spiritualis quedam generatio; Baptismus enim dat primam vitam spiritualem, quæ dein per Confirmationem perficitur, & roboratur, ut cum S. Thom. advertit S. Bonavent. in 4. dist. 42. a. 1. q. 1. & notatur can. 1. ac seqq. cau. 30. q. 1. & 3. Hinc, sicut ex generatione naturali oritur Cognatio naturalis Matrimonium dirimens, sic & aliat Ecclesia, ut etiam ex generatione spirituali Cognatio & parentela oritur Spirituali, pariter Matrimonium dirimens, idque ex decencia ac reverentia, quæ spiritualiter nati debent suis spiritualibus genitoribus, arg. cit. can. 1. & seqq. cau. 30. q. 1. junctâ l. Si quis alumnus. 26. C. de Nupt.

6. Resp. III. Cognatio Spirituali antiquo Jure triplex fuit. Paternitas nempe, Compaternitas, & Fraternalitas. Paternitas Spirituali est propinquitas, seu Cognatio spirituali, inter Baptizantem vel Confirmantem, eorumque uxores, & Baptizatum vel Confirmatum, item inter Baptizati, aut Confirmati patrimum ejusque uxorem, & inter ipsum baptizatum, & confirmatum, arg. can. Ita diligere. 1. cau. 30. q. 1. can. De eo. 5. ead. cau. & q. can. ex eo. 4. cau. 30. q. 1. juncto c. 1. h. t. in 6.

7. Compaternitas Spirituali est Cognatio inter baptizati & confirmati naturales parentes ex una, & inter baptizantem & confirmantem, atque patrinos, eorumque uxores ex altera parte, atque. Si quis. 3. cau. 30. q. 4. juncto cap. 1. eod. in 6.

8. Fraternalitas Spirituali est Cognatio inter Baptizatum, vel Confirmatum ex una, & filios naturales baptizantis, vel confirmantis, atque patrinorum ex altera parte, can. 2. & 3. cau. 30. q. 3. & c. 1. 3. & 7. h. t.

9. Jure autem novo Trident. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 2. hæc Fraternalitas Spirituali omnino sublata est; Paternitas autem, ac Compaternitas certo modo restricta fuit, uti statim patebit ex seq. num.

10. Queritur II. Inter quos hodierno Jure veretur Cognatio Spirituali inducens Impedimentum Reiffentium Jus Can. Tom. IV.

Matrimonii dirimens proveniens ex Baptismo? Resp. I. Ea hodie præcisè veratur inter personas a Concilio Tridentino specificatas, videlicet primò inter baptizantem, ac etiam patrimum feu levantem ex fonte Baptismali ex una, & baptizatum ex altera parte, tanquam inter parentes, & prolem spiritualem, inter quos proin verans Cognatio vocatur Paternitas Spirituali per Jura numer. 6. allegata. Secundò veratur inter Baptizantem, ac etiam patrimum ex una, & Baptizati patrem ac matrem tanquam inter compatres, cum, sicut hi sunt parentes naturales, sic illi sunt parentes spirituales proles baptizate. Hinc etiam Cognatio inter eos verans Compaternitas est, & dicitur per Jura n. 7. citata. Ita hodie certa ac unanimes, patetque nota Conclusio ex Concilio Tridentino cit. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 2. ibi: Volens sancta Synodus incommodo providere &c. statuit, ut unus tantum vir, sive mulier juxta sacrorum Canonum statuta, vel adsummum unus, & una baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos & baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizateque patrem & matrem tantum, spiritualis Cognatio contrahatur, & infra: Quod, si alii ultra designatos baptizatum tetigerint, Cognationem spiritualement nullo pacto contrahant: Constitutis in contrarium facientibus non obstantibus. Quæ ultima verba correctionem Juris antiqui aperte indicant; quod implicite fit per dictionem tantum, quæ solum expressum includit, & reliqua excludit, arg. l. Quilaliana. §. Libertas. ff. de Negot. gest. cum Concordantiis.

Resp. II. Cognatio Spirituali ex Confirmatione confluens hodie eodem modo, & inter eandem personas, ut in Baptismo oritur, ita ut non nisi inter Confirmantem, ac etiam Patrimum ex una, & inter Confirmatum Confirmatque patrem & matrem ex altera parte veretur, ac tanquam Impedimentum, Matrimonium dirimat. Caret controversiâ ob claram dispositionem Concilii Tridentini loc. cit. ubi post textum de Cognatione ex Baptismo num. præced. statim subjungit: Ea quoque Cognatio, quæ ex Confirmatione contrahitur, Confirmantem & Confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur: omnibus inter alias personas hujus spiritualis Cognationis impedimentis omnino sublati. Rationem utriusque hujus Conclusionis & Constitutionis suæ restrictivæ Concilium loc. cit. præmittit illis verbis: Docet experientia, propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi Matrimonia, in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque huic incommodo providere &c.

Inferitur, Cognationem Spiritualem hodie non amplius oriri I. Inter virum & uxorem simul levantem infantem ex Baptismo, secus olim can. fin. cau. 40. q. 4. II. Neque inter baptizatum vel ipsius patrem ex una, & baptizantis vel levantis uxorem ex alia parte; sicut aliter olim c. Martinus. 4. h. t. III. Neque inter Baptizantem, & levantem, levantisque uxorem IV. Neque inter baptizatum & confirmatum ex una, & filiam baptizantis, confirmantis, aut levantis, vel tenentis ex altera parte, secus olim c. fin. h. t. Ratio horum omnium est; quia inter has personas non statuitur Cognatio Spirituali Impedimentum inducens a Concilio Tridentino, quod solum hodie in hoc puncto observandum est.

Queritur III. An etiam ex Baptismo invalidè, aut privatim, vel in necessitate collato oritur Cognatio Spirituali? Resp. I. Ex Baptismo ob defectum materie, forme, aut intentionis invalidè collato, nulla oritur Cognatio Spirituali, confluenter